

Et sibi inutilior, timidi commenta retextit
 Naupliades armi, vitataque traxit ad arma.
 Optima nunc sumat, qui sumere noluit ulla:
 Nos inhonorati, et donis patruelibus orbi,
 Obtulimus quia nos ad prima pericula, sinus.
 Atque utinam aut verus furor ille, aut creditus esset,
 Nec comes hic Phrygias unquam venisset ad arces
 Hortator scelerum: non te, Pœantia proles,
 Expositum Lemnos nostro cum crimine haberet.
 Qui nunc, ut memorant, silvestribus abditus antris,
 Saxa moves gemitu, Laërtiadæque precaris
 Quæ meruit, quæ (si Dii sunt) non vana precaris.
 Et nunc ille eadem nobis juratus in arma,
 Heu! pars una ducum, quo successore sagittæ
 Herculibus utuntur, fractus morboque fameque,
 Velaturque aliturque avibus, volucresque petendo,
 Debita Trojanis exercet spicula fati.
 Ille tamen vivit, quia non comitatur Ulyssem.
 Vellet et infelix Palamedes esse relictus;
 Viveret, aut certe lethum sine crimine haberet.
 Quem, male convicti nimium memor iste furoris,
 Prodere rem Danaam finxit, fictumque probavit
 Crimen, et ostendit, quod jam præfoderat, aurum.

Optima nunc sumat, etc. Sdegnosa ironia.

Pœantia proles. Filottete figlio di Peante. Egli aveva avuto in dono da Ercole le saette tinte nel sangue dell'Idra Lernea, senza le quali, giusta il responso dell'oracolo, non poteva prendersi Troia. Mentre egli con queste fatali armi si recava a Troia fu da esse ferito in un piede, e ne riportò una piaga sì orribile che i Greci non potendone soffrire il fetore lo lasciarono, specialmente per consiglio di Ulisse, nell'isola di Lenno, ove trasse miserabile e dolorosa vita, finchè Ulisse medesimo non tornò a riprenderlo per condurlo a Troia con le fatali saette.

Preclaris. Imprechi.

Eadem nobis etc. Ascritto in questa stessa milizia in cui siamo noi.

Quo successore. Colui che successe nel possesso delle saette d'Ercole.

Velatur . . . avibus. Si veste di penne di uccelli.

Volucresque etc. Esercita nella caccia degli uccelli le saette destinate alla rovina di Troia.

Vellet et infelix Palamedes. Vorrebbe essere stato abbandonato come Filottete in una qualche isola anche Palamede, piuttostochè venire a Troia ove per colpa di Ulisse è morto con onta. — Ulisse per vendicarsi di Palamede che avea scoperta la sua simulata pazzia,

C A P. III.

Parte terza dell'orazione di Aiace.

Ergo aut exilio vires subduxit Achivis,
 Aut nece: sic pugnat, sic est metuendus Ulysses.
 Qui licet eloquio fidum quoque Nestora vincat,
 Haud tamen efficiet, desertum ut Nestora crimen
 Esse rear nullum, qui cum imploraret Ulyssem
 Vulnere tardus equi, fessusque senilibus annis,
 Proditus a socio est. Non hæc mihi crimina fingi,
 Scit bene Tydides, qui nomine sæpe vocatum
 Corripuit: trepidoque fugam exprobavit amico.
 Aspiciunt oculis Superi mortalia justis;
 En eget auxilio, qui non tulit: utque reliquit,
 Sic linquendus erat; legem sibi dixerat ipse.
 Conclamat socios; adsum; videoque trementem,

finse lettere scritte da Priamo a Palamede, nelle quali gli diceva di avergli spedita grossa somma di danaro, perchè tradisse i Greci, e una maggiore gliene prometteva a tradimento compiuto. Nessuno potendosi recare a credere tanto delitto, Ulisse esortò i Greci a fare una perquisizione nella tenda di Palamede, ove di fatti si trovò una grossa somma di danari che Ulisse stesso vi avea fatto nascondere. Così l'innocente Palamede comparve reo, e fu condannato a morte come traditore della patria.

III. Subduxit. Diminui.

Sic pugnat. Cioè con gl'inganni e colle frodi.

Desertum ut Nestora etc. In una battaglia Nestore assalito da Ettore e non potendo fuggire perchè il suo cavallo era ferito, chiese soccorso ad Ulisse, il quale si messe a fuggire.

Non hæc . . . fingi, etc. Che io non m'invento questi delitti, lo sa Diomede. In Omero (*Iliad. VIII.* Trad. del Monti) così Diomede grida contro Ulisse fuggente:

. Dove fuggi
 Astuto figlio di Laerte, e volgi
 Come un codardo della turba, il tergo?
 Bada che alcun le fuggitive spalle
 Non ti giunga coll'asta. Agl'inimici
 Volta la fronte, ed a salvar vien meco
 Dal furor di quel fiero il vecchio amico.

En eget auxilio. Ulisse ferito e chiedente soccorso fu abbandonato da tutti, come se gli Dei volessero punirlo così di avere abbandonato Nestore. Pure Aiace lo salvò.

Legem sibi dixerat etc. Avea a sè prescritte le condizioni con cui voleva esser trattato.

Pallentemque metu, et trepidantem morte futurâ:
 Opposui molem clypei, texique jacentem,
 Servavique animam (minimum est hoc laudis) inertem.
 Si perstas certare, locum redeamus ad illum:
 Redde hostes, vulnusque tuum, solitumque timorem:
 Post clypeumque late, et mecum contende sub illo.
 At postquam eripui, cui standi vulnera vires
 Non dederant, nullo tardatus vulnere fugit.
 Hector adest, secumque Deos in prœlia ducit;
 Quaque ruit, non tu tantum terreris, Ulysse,
 Sed fortes etiam: tantum trahit ille timoris.
 Hunc ego sanguineæ successu cædis ovantem
 Eminus ingenti resupinum pondere fudi:
 Hunc ego poscentem cum quo concurreret, unus
 Sustinui sortemque meam vovistis, Achivi:
 Et vestræ valuere preces. Si quæritis hujus
 Fortunam pugnæ, non sum superatus ab illo.

CAP. IV.

Fine dell'orazione di Aiace.

Ecce ferunt Troës ferrumque, ignesque, Jovemque

Redde hostes. Ritorna fra i nemici.
At postquam etc. Continua il racconto. Dopochè io Aiace liberai
 Ulisse.
Hector adest. Rammenta un altro fatto, in cui Ettore favorito
 dagli Dei superò le trincee de' Greci. A quella vista rimasero atter-
 riti i più forti. Aiace eletto dalla sorte ad affrontarsi con Ettore,
 combattè valorosamente, e se non lo vinse, non fu neppur vinto.
 Vedi Omero, *Iliad.* XII.
Ingenti . . . pondere fudi. Lo atterrai con un grosso macigno.
Poscentem. Che provocava i Greci a singolar battaglia.
Sortemque meam vovistis. Faceste voti e preghiere, perchè la
 sorte mi favorisse, e facesse uscire il mio nome dall'urna:
 . . . La turba supplicante ai numi
 Sollevava le palme, e con gli sguardi
 Fissi nel Cielo udiasi dire: O Giove
 Fa che la sorte il Telamónio Aiace
 Nomi.

(ILIAD. VII. Trad. del Monti).

IV. *Ecce ferunt.* Altro egregio fatto di Aiace: la difesa della flotta
 greca dalle fiamme troiane.
Jovem. Giove che favoriva Ettore.

In Danaas classes: ubi tunc facundus Ulysses?
 Nempe ego mille meo protexi pectore puppes,
 Spem vestri reditus: date pro tot navibus arma.
 Quod si vera licet mihi dicere, quæritur istis,
 Quam mihi, major honos, conjunctaque gloria nostra est;
 Atque Ajax armis, non Ajaci arma petuntur.
 Conferat his Ithacus Rhesum; imbellemque Dolona:
 Priamidenque Helenum raptâ cum Pallade captum:
 Luce nihil gestum; nihil est, Diomede remoto.
 Si semel ista datis meritis tam vilibus arma,
 Dividite, et pars sit major Diomedis in illis.
 Quo tamen hæc Itaco? qui clam, qui semper inermis
 Rem gerit, et furtis incautum decipit hostem.
 Ipse nitor galeæ claro radiantis ab auro
 Insidias prodet, manifestabitque latentem.
 Sed neque Dulichius sub Achillis casside vertex
 Pondera tanta feret: nec non onerosa, gravisque
 Pelias hasta potest imbellibus esse lacertis:

Si vera licet etc. Se è lecito dire il vero, maggior gloria ne vie-
 ne ad esse che a me. Non ad Aiace sono necessarie queste armi,
 ma Aiace è necessario ad esse.

Conferat his etc. Ulisse (*Ithacus* di Itaca) paragoni a questi glo-
 riosi fatti le sue imprese.

Rhesum. Re de' Traci: fu ucciso da Diomede in compagnia di
 Ulisse: ma questi nel tempo della strage altro non fece che dare
 opera ad impadronirsi dei cavalli del nemico.

Dolona. Era un troiano bruttissimo di aspetto, ma veloce di
 piedi. Mandato tra' Greci a spiare fu fugato da Diomede e Ulisse, e
 all'ultimo ucciso da Diomede. Vedi Omero, *Iliad.* X.

Priamiden. Eleno figlio di Priamo. Insegnò ai Greci quali erano
 i mezzi più facili per prender Troia.

Cum Pallade. Finchè la statua di Pallade stava in Troia, la città
 non poteva esser presa. Fu portata via da Ulisse e da Diomede.

Luce nihil. Così il Tasso nella *Gerus.* C. IX.

L'opere vostre e i vostri degni studi
 Notturni son: dà l'ombra a voi soccorso.

Quo tamen hæc etc. Per qual uso queste armi ad Ulisse? Gli
 sarebbero inutili, anzi nocevoli.

Furtis etc. Così il Tasso nella *Gerus.* C. XVII.

Ei di furtivi agnati è mastro egregio.

Dulichius . . . vertex. Il capo di Ulisse. Dulichio è un'isoletta
 nel mare Ionio vicina a Itaca.

Pelias. Fatta sul Pelio. Vedi Lib. XII. Cap. IV.

Nec clypeus, vasti cælatus imagine mundi,
 Conveniet timidæ natæque ad furta sinistra.
 Debilitaturum quid te petis, improbe, munus?
 Quod tibi si populi donaverit error Achivi,
 Cur spolieris, erit, non cur metuaris, ab hoste:
 Et fuga, qua solâ cunctos timidissime, vincis,
 Tarda futura tibi est gestamina tanta trahenti.
 Adde quod iste tuus, tam raro prælia passus,
 Integer est clypeus: nostro, qui tela ferendo
 Mille patet plagis, novus est successor habendus.
 Denique quid verbis opus est? spectemur agendo:
 Arma viri fortis medios mittantur in hostes,
 Inde jubete peti, et referentem ornate relatis.
 Finierat Telamone satus, vulgique secutum
 Ultima murmur erat: donec Laërtius heros
 Adstitit, atque oculos paulum tellure moratos
 Sustulit ad Proceres, expectatque resolvit
 Ora sono, neque abest facundis gratia dictis.

C A P. V.

Orazione di Ulisse.

Si mea cum vestris valuissent vota, Pelasgi,

Imaginem mundi. Anche Omero (*Iliad. XVII.* Trad. del Monti) dice che Vulcano

Ivi fece la terra, il mare, il cielo
 E il sole infaticabile, e la tonda
 Luna, e gli astri diversi onde sfavilla
 Incoronata la celeste volta.

Cur spolieris, etc. Questo scudo non ti farà temer dai nemici, ma metterà in essi il desiderio di spogliarti, o ti sarà d'impaccio a fuggire.

Ultima. Le ultime parole.

Murmur. Il Tasso nella *Gerusalemme*, C. II.

Il suo parlar seguirlo
 Con basso mormorar quei forti eroi.

Laërtius . . . adstitit. Ulisse si alzò a parlare.

Oculos . . . moratos. Tenne un poco gli occhi bassi per conciliarsi favore colla modestia.

Expectato. Perchè a tutti era nota la sua faccondia.

V. Si mea cum vestris etc. Comincia con un pio voto comune a sè e agli uditori e lo conferma con finte lacrime. Se avessero avuto effetto i miei e i vostri desideri, se Achille vivesse, non contrasteremmo sull'erede dell'armi.

Non foret ambiguus tanti certaminis hæres,
 Tuque tuis armis, nos te potiremur, Achille:
 Quem quoniam non æqua mihi vobisque negarunt
 Fata (manumque simul veluti lacrimantia tersit
 Lumina) quis magno melius succedet Achilli,
 Quam per quem magnus Danaïs successit Achilles?
 Huic modo ne prosit, quod ut est, hebes esse videtur:
 Neve mihi noceat, quod vobis semper, Achivi,
 Profuit ingenium; meaque hæc facundia, si qua est,
 Quæ nunc pro domino, pro vobis sæpe locuta est,
 Invidiâ careat: bona nec sua quisque recuset.
 Nam genus, et proavos, et quæ non fecimus ipsi,
 Vix ea nostra voco. Sed enim quia rettulit Ajax
 Esse Jovis pronepos, nostri quoque sanguinis auctor
 Jupiter est, totidemque gradus distamus ab illo.
 Nam mihi Laërtes pater est, Arcesius illi;
 Jupiter huic: neque in his quisquam damnatus, et exul.
 Est quoque per matrem Cyllenius addita nobis
 Altera nobilitas: Deus est in utroque parente.
 Sed neque materno quod sum generosior ortu,
 Nec mihi quod pater est fraterni sanguinis insons,
 Proposita arma peto: meritis expendite causam.

Quis . . . melius etc. Chi con più diritto succederà nelle armi di Achille di colui che operò che Achille venisse coi Greci alla guerra di Troia?

Huic. Ad Aiace. Svitlaneggia l'avversario come uomo di grosso ingegno e privo di faccondia.

Domino. Dominus facundiæ è colui che possiede la faccondia.
Invidiâ careat. Non mi acquisti odio.

Bona . . . sua. I beni propri, cioè le doti date dalla natura, o acquistate per mezzo dell'ingegno e dell'arte.

Totidem . . . gradus. Sono anch'io parente di Giove in terzo grado come Aiace. Fu mio padre Laerte figlio di Arcesio: Arcesio fu generato da Giove.

Neque in his etc. Rinfaccia ad Aiace le scelleraggini dei suoi ascendenti. Peleo e Telamone antenati di Aiace furono mandati in esilio da Eaco loro padre per avere ucciso il fratello Foco.

Per matrem. Anticlea madre di Ulisse era figlia di Autolico nato di Mercurio detto *Cyllenius* dal Cillene monte di Arcadia ove nacque.

Deus est etc. Ceppo di ambedue i miei genitori è un Dio.

Nec mihi quod pater etc. Nè perchè mio padre non fu fraticida, come fu il tuo ecc.

Meritis expendite causam. Bilanciate la causa sui meriti dell'uno e dell'altro.

Dummodo quod fratres Telamon, Peleusque fuerunt,
Ajacis meritum non sit: nec sanguinis ordo,
Sed virtutis honor spoliis quærat in istis.
Aut si proximitas, primusque requiritur hæres,
Est genitor Peleus, est Pyrrhus filius illi;
Quis locus Ajaci? Phthiam hæc, Scyronve ferantur:
Nec minus est isto Teucer patruelis Achilli;
Non petit ille tamen; num, si petat, auferat illa?

C A P. VI.

Ulisse vanta le sue geste.

Ergo operum quoniam nudum certamen habetur,
Plura quidem feci, quam quæ comprehendere dictis
In promptu mihi sit: rerum tamen ordine ducar.
Præscia venturi genitrix Nereïa lethi
Dissimulat cultu natum; et deceperat omnes,
In quibus Ajacem, sumptæ fallacia vestis.
Arma ego femineis animum motura virilem
Mercibus inserui; neque adhuc projecerat heros
Virgineos habitus; cum parmam, hastamque tenenti,

Dummodo etc. Purchè non faccia merito ad Aiace l'essere egli cugino di Achille: e nell'aggiudicare queste armi non si risguardi alla consanguineità, ma all'onore della virtù, al valore che solo è degno di questo premio.

Si proximitas, etc. Se dovesse valere la parentela vi sono altri che più di Aiace sono congiunti ad Achille: Peleo suo padre, Pirro suo figlio ecc.

Phthiam . . . Scyron. A Ftia città di Grecia abitava Peleo, a Sciro isola del mare Egeo abitava Pirro.

Nec minus . . . Teucer. Teucro era fratello di Aiace, e perciò come lui cugino di Achille.

VI. Rerum . . . ordine ducar. Racconterò per ordine i fatti.

Præscia . . . Nereïa etc. Tetide figlia di Nereo e madre di Achille presaga che se egli andasse a Troia vi perirebbe, lo travesti, e sotto abito di fanciulla lo mandò a Sciro alla reggia di Licomede ove in mezzo alle donne menava mollissima vita. Ulisse avuto sospetto di ciò si recò a Sciro come mercatante; recando collane, monili, specchi e altre cose di cui si diletta le donne, e nascondendo tra tutte queste inezie donnesche una spada, un elmo e un'asta. Appena queste merci furono spiegate al cospetto di Achille, egli non curando i femminili ornamenti, corse subito a impugnare la spada, e a quest'atto fu da Ulisse riconosciuto, e condotto all'esercito.

Nate Dea, dixi, tibi se peritura reservant
Pergama: quid dubitas ingentem evertere Trojam?
Injecique manum, fortemque ad fortia misi.
Ergo opera illius mea sunt. Ego Telephon hasta
Pugnantem domui; victum orantemque refeci:
Quod Thebæ cecidere, meum est; me credite Lesbos
Me Tenedon, Chrysenque, et Cyllam, Apollinis urbes,
Et Scyron cepisse: meâ concussa putate
Procubuisse solo Lyrnessia mœnia dextrâ.
Utque alios laceam, qui sævum perdere posset
Hectora nempe dedi, per me jacet inclytus Hector.
Illis hæc armis, quibus est inventus Achilles,
Arma peto; vivo dederam, post fata reposco.
Ut dolor unius Danaos pervenit ad omnes,
Aulidaque Euboicam complerunt mille carinæ:
Expectata diu, nulla aut contraria classi
Flamina erant; duræque jubent Agamemnona sortes
Immeritam sævæ natam mactare Dianæ.
Denegat hoc genitor, divisque irascitur ipsis,
Atque in rege tamen pater est. Ego mite parentis
Ingenium verbis ad publica commoda verti.
Tunc, equidem fateor, fassoque ignoscat Atrides,
Difficilem tenui sub iniquo iudice causam.

Ergo . . . mea sunt. Dunque posso vantare come mie le chiare geste di Achille, giacchè io gliene detti motivo ritraendolo dalla vita molle.

Telephon. Vedi Lib. XII. Cap. V.

Thebæ etc. Tebe è una città di Cilicia: Tenedo un'isola vicina a Troia: Crisa, Cilla, Lirnesso città della Troade tutte devastate da Achille.

Illis hæc armis, etc. Per quelle armi con cui fu scoperto Achille chiedo queste armi.

Dolor unius. Di Menelao a cui era stata rapita la moglie.

Aulida. Aulide porto della Beozia in faccia all'Eubea, oggi Negroponte, in cui si radunarono tutte le navi de' Greci per andare a Troia.

Genitor. Agamennone.

In rege. Vedi Lib. XII. Cap. II.

Ego mite parentis etc. Io indussi il padre a sacrificar la figlia. A proposito di questa regale e sacerdotale iniquità vedi l'Ifigenia in Aulide di Euripide e Lucrezio I, 85. ecc.

Tenui . . . causam etc. Vinsi la causa, per quanto il giudice, cioè Agamennone fosse contrario, perchè voleva salvar la figlia.

Hunc tamen utilitas populi, fraterque, datique
Summa movet sceptri, laudem ut cum sanguine penset.
Mittor et ad matrem, quæ non hortanda, sed astu
Decipienda fuit; quo si Telamonius isset,
Orba suis essent etiamnunc linthea ventis.
Mittor et Iliacas audax orator ad arces,
Visaque et intrata est altæ mihi curia Trojæ.
Plenaque adhuc erat illa viris: interritus egi
Quam mihi mandarat communis Græcia causam,
Accusoque Parin, prædamque Helenamque reposco,
Et moveo Priamum, Priamoque Antenora junctum.
At Paris, et fratres, et qui rapuere sub illo,
Vix tenere manus (scis hæc, Menelaë,) nefandas,
Primaque lux nostri tecum fuit illa pericli.

CAP. VII.

Ulisse continua a narrare le sue geste.

Longa referre mora est, quæ consilioque manūque
Utiliter feci spatiosi tempore belli.
Post acies primas, urbis se mœnibus hostes
Continuere diu, nec aperti copia Martis
Ulla fuit: decimo demum pugnavimus anno.
Quid facis interea, qui nil nisi prælia nosti?

Frater. Menelao fratello di Agamennone.

Dati . . . summa . . . sceptri. Il supremo comando di cui è simbolo lo scettro.

Laudem . . . penset. Ponga in bilancia la gloria che ritrarra dall'impresa colla perdita della figlia.

Astu decipienda. Dovette prendersi con astuzia, cioè colla menzogna che la sua figlia Ifigenia dovesse sposarsi ad Achille.

Suis. Favorevoli.

Mittor etc. Ulisse fu mandato con Menelao a Priamo per richiedere Elena.

Vix tenere etc. Appena si astennero dal manometterci.

Nefandas. Era orribil delitto l'offendere gli ambasciatori.

VII. Consilioque manūque etc. Anche il Tasso nella *Gerus. C. I.* dice:

Molto egli oprò col senno e con la mano.

Acies. Battaglie.

Nec aperti etc. Nè si venne mai a battaglia a campo aperto.

Quid facis interea, etc. Che facesti nei nove anni in cui i nemici non si presentarono mai a battaglia?

Quis tuus usus erat? nam, si mea facta requiris,
Hostibus insidior, fossas munimine cingo,
Consolor socios, ut longi tædia belli
Mente ferant placida; doceo quo simus alendi,
Armandique modo; mittor quo postulat usus.
Ecce Jovis monitu, deceptus imagine somni
Rex jubet incæpti curam dimittere belli:
Ille potest auctore suam defendere vocem.
Non sinat hoc Ajax, delendaque Pergama poscat:
Quodque potest, pugnet. Cur non remoratur ituros,
Cur non arma capit? det quod vaga turba sequatur.
Non erat hoc nimium, nunquam nisi magna loquenti.
Quid? quod et ipse fugis? vidi, puduitque videre,
Cum tu terga dares, inhonestaque vela parares.
Nec mora, Quid facitis? quæ vos dementia, dixi,
Concitat, o socii, captam dimittere Trojam?
Quidve domum fertis decimo, nisi dedecus, anno?
Talibus atque aliis, in quæ dolor ipse disertum
Fecerat, aversos profugâ de classe reduxi.
Convocat Atrides socios terrore paventes,
Nec Telamoniades etiamnunc hiscere quicquam
Audet; et ausus erat reges incessere dictis
Thersites, etiam per me haud impune, protervus.

Quo postulat usus. Dove fa di mestieri.

Deceptus etc. Agamennone ingannato da un sogno mandatogli da Giove indusse i Greci al partito di abbandonar la guerra e partire. Tutti, ed anche Aiace, si accordano: solo Ulisse si oppone.

Auctore. Coll'autorità di Giove.

Non sinat hoc etc. Nol permetterà, credo, Aiace: anzi a tutt'uomo si opporrà, e per quanto è da lui si sforzerà di persuadere il contrario.

Det. Dia esempio.

Non erat hoc etc. Ciò non era un gran ché ad uno che millanta sempre grandi cose.

Captam. Quasi espugnata.

Reduxi. Gli ritrassi dalle navi.

Hiscere quicquam audet; etc. Non osa neppure aprir bocca, sebbene lo stesso Tersite, vilissimo uomo, osasse di svillaneggiare Agamennone.

Haud impune etc. Anche secondo Omero (*Iliad. II.* Trad. del Monti) Ulisse

Le terga gli percuote
Con lo scettro e le spalle; si scontoree
E lacrima diretto il manigoldo
Dell'aureo scettro al tempestar che tutta
Gli fa la schiena rubiconda.

Erigor, et trepidos cives exhortor in hostem,
 Amissamque meâ virtutem voce repono.
 Tempore ab hoc quodcumque potest fecisse videri
 Fortiter, iste, meum est, qui dantem terga retraxi.
 Denique de Danaïs quis te laudatve petitve?
 At sua Tydides mecum comunicat acta,
 Me probat, et socio semper confidit Ulisse.
 Est aliquid de tot Grajorum millibus unum
 A Diomede legi: nec me sors ire jubebat,
 Sed tamen et spreto noctisque hostisque periclo,
 Ausum eadem, quæ nos, Phrygiâ de gente Dolona
 Interimo; non ante tamen, quam cuncta coëgi
 Prodere, et edidici quid perfida Troja pararet.
 Omnia cognoram, nec quid specularer habebam,
 Et jam promissâ poteram cum laude reverti:
 Haud contentus eo, petii tentoria Rhesi,
 Inque suis ipsum castris comitesque peremi,
 Atque ita captivo, victor votisque potitus,
 Ingredior curru lætos imitante triumphos.
 Cujus equos pretium pro nocte proposcerat hostis
 Arma negate mihi, fueritque benignior Ajax.

Erigor. Mi levo a parlare.
Amissamque meâ etc. Colla mia voce richiamo lo smarrito coraggio.

Iste. Aiace.

Petitve? etc. Ti chiede compagno ai pericoli.

Est aliquid etc. È qualche cosa, è gloria non piccola l'essere scelto ecc.

Nec me sors. Io non era stato scelto dalla sorte quando andai ad esplorare il campo troiano.

Ausum eadem. Cioè di spiare il campo, nemico.

Dolona. Vedi Cap. IV.

Promissâ . . . laude. Colla gloria che io mi era promessa da quella illustre azione.

Rhesi. Vedi Cap. IV.

Peremi. Ciò che qui dice Ulisse è falso. Nel Reso di Euripide (Scena VIII.) Diomede dice ad Ulisse — lo farò strage, e tu ammanisirai i cavalli: Perocchè tu esperto sei negli artifizii ed accorto di mente: e bisogna adattare ciascun uomo a quelle cose in cui specialmente sia per riuscir utile — E di fatti Ulisse fu inteso solo a rubare i cavalli, e si liberò dai nemici cogli'inganni, non col valore.

Cujus equos pretium etc. Dolone in premio dell'esplorazione notturna avea chiesto i cavalli di Achille.

Benignior. Più caro, più accetto.

CAP. VIII.

Ulisse abbassa le glorie di Aiace.

Quid Lycii referam Sarpedonis agmina ferro
 Devastata meo? cum multo sanguine fudi
 Cœranen, Iphitidenque, Alastoraque, Chromiumque,
 Halcandrumque, Haliumque, Noëmonaque, Pritaninque,
 Exitioque dedi cum Chersidamante Thoona,
 Et Charopem, fatisque immitibus Ennomon actum,
 Quique minus celebres nostrâ sub mœnibus urbis
 Procubuerunt manu. Sunt et mihi vulnera, cives,
 Ipso pulchra loco; nec vanis credite verbis,
 Aspice eni! (vestemque manu diduxit) et hæc sunt
 Pectora semper, ait, vestris exercita rebus.
 At nihil impendit per tot Telamonius annos
 Sanguinis in socios, et habet sine vulnere corpus.
 Quid tamen hoc refert, si se pro classe Pelasga
 Arma tulisse refert contra Troasque Jovemque?
 Confiteorque, tulit; neque enim bene facta maligne
 Detrectare meum est: modo ne communia solus
 Occupet, atque aliquem vobis quoque reddat honorem.
 Reppulit Actorides sub imagine tutus Achillis
 Troas ab arsuris cum defensore carinis.
 Ausum etiam Hectoreis solum concurrere telis

VIII. *Quid Lycii etc.* Sarpedone figlio di Giove capitana i Licii. Ferito da Tlepolemo e condotto da' suoi fuori della pugna, Ulisse disordinò la sua schiera, ed uccise molti uomini dei quali sono qui i nomi.

Pulchra. Onorate dicevansi le ferite ricevute nel petto.

Vestem . . . diduxit. Aprì, tirò da parte la veste.

Vestris exercita rebus. Che si è travagliata per voi, per la vostra salute.

Nihil . . . sanguinis. Non versò stilla di sangue.

Neque enim bene facta etc. Nota astuzia di pessimo uomo. Loda malignamente per potere poi vituperare con più sicurezza.

Actorides. Patroclo nipote di Attore.

Sub imagine etc. Mentre Achille sdegnato con Agamennone stava lungi dalla battaglia, Patroclo coperto delle armi di lui combatteva sì gagliardamente che i Troiani lo credettero lo stesso Achille e si volsero in fuga.

Ausum . . . Hectoreis etc. Ettore sfida a singolar battaglia i più valenti de' Greci, i quali dapprima ricusano: poi rimproverati da Ne-

Se putat, oblitus regisque, ducisque, meique:
 Nonus in officio, et praelatus munere sortis.
 Sed tamen eventus vestrae, fortissime, pugnae
 Quis fuit? Hector abit violatus vulnere nullo.
 Me miserum! quanto cogor meminisse dolore
 Temporis illius, quo Grajūm murus Achilles
 Procubuit; nec me lacrymæ, luctusque, timorque
 Tardarunt, quin corpus humo sublime referrem.
 His humeris, his, inquam, humeris ego corpus Achillis
 Et simul arma tuli, quæ nunc quoque ferre laboro.
 Sunt mihi quæ valeant in talia pondera vires:
 Est animus certe vestros sensurus honores.
 Scilicet idcirco pro nato cæcula mater
 Ambitiosa suo fuit, ut cælestia dona
 Artis opus tantæ, rudis, et sine pectore, miles
 Indueret? Neque enim clypei cælamina novit,
 Oceanum, et terras, cumque alto sidera cælo,

store, nove si offrono pronti a combattere, primo Agamennone, secondo Diomede, terzo Aiace ecc. nono Ulisse. Poste le sorti esce quella di Aiace. Quindi Ulisse che dice Aiace *nonus in officio* mente, come ha fatto altrove, per travisare i fatti di Aiace. Vedi Omero, *Iliad. VII.*

Fortissime. Detto per ironia.

Violatus vulnere nullo. Omero (*Iliad. VII.*) dice:

Trasse Aiace il suo telo, ed alla penna
 Dello scudo ferendo, a parte a parte
 Lo trapassò, gli punse il collo e vivo
 Sangue spiccionne.

Poi Aiace scagliò un macigno che infranse lo scudo di Ettore.

. . . . E di tal colpo offese
 Lui nel ginocchio, che riverso ei cadde
 Con lo scudo sul petto ecc.

Murus. Difesa, riparo.

Sublime. Alzato da terra, postolo sulle mie spalle.

Ferre. Ottenere.

Laboro. Mi sforzo.

Est animus etc. Ho cuore che sentirà quanto siano da pregiare queste armi di cui mi onorerete.

Cæcula mater. Tetide Dea del mare.

Ambitiosa. Detto con molta eleganza perchè Tetide avea circondato e pregato con lusinghiere parole Vulcano, onde fabbricasse le armi al suo figlio.

Sine pectore. Senza sentimento, senza ingegno.

Cælamina. Le cose scolpitevi: i bassi rilievi.

Pleïadasque Hyadasque immunemque æquoris Arcton,
 Diversasque urbes, nitidumque Orionis ensem.
 Postulat, ut capiat, quæ non intelligit, arma.

CAP. IX.

Ulisse continua a ribattere le obiezioni di Aiace.

Quid? quod me duri fugientem munera belli
 Arguit incepto serum accessisse labori?
 Nec se magnanimo maledicere sentit Achilli.
 Si simulasse vocas crimen, simulavimus ambo;
 Si mora pro culpa est, ego sum maturior illo:
 Me pia detinuit conjux, pia mater Achillem,
 Primaque sunt illis data tempora, cætera vobis.
 Haud timeam, si jam nequeam defendere crimen
 Cum tanto commune viro: deprensus Ulyssis
 Ingenio tamen ille; at non Ajacis Ulysses.
 Neve in me stolidæ convicia fundere linguæ
 Admiremur eum, vobis quoque digna pudore
 Objicit: an falso Palameden crimine turpe est
 Accusasse mihi, vobis damnasse decorum?
 Sed neque Naupliades facinus defendere tantum,
 Tamque patens, valuit; nec vos audistis in illo
 Crimina, vidistis; pretioque objecta patebant.
 Nec Pæantiaden quod habet Vulcania Lemnos,
 Esse reus merui, factum defendite vestrum,
 Consensistis enim: nec me suasisse negabo
 Ut se subtraheret bellique viæque labori,

Pleïadas. Vedi Lib. I. Cap. XVIII.

Hyadas. Vedi Lib. III. Cap. X.

Arcton. Vedi Lib. II. Cap. XII.

Orionis. Vedi Lib. VII. Cap. IV.

IX. Munera belli. Gli uffizi, i carichi della guerra.

Maturior illo. Più presto di lui.

Sunt illis data etc. Concedemmo i primi tempi, egli all'amore della madre, io all'amore della moglie: nulladimeno poi venimmo alla guerra.

Haud timeam, etc. Anche quando non lo potessi difendere, non avrei timore di un fallo comune con un tanto eroe.

An falso Palameden etc. Se fu per me turpitudine l'averlo accusato Palamede di falso delitto, fu gloria per voi l'averlo condannato?

Pæantiaden. Filottete.

Consensistis. Che Filottete rimanesse in Lenno.

Tentaretque feros requie lenire dolores.
 Paruit, et vivit: non hæc sententia tantum
 Fida; sed et felix cum sit, facit esse fidelem.
 Quem quoniam vates delenda ad Pergama poscunt,
 Ne mandate mihi, melius Telamonius ibit,
 Eloquioque virum morbis iraque furentem
 Molliet, aut aliqua perducet callidus arte.
 Ante retro Simois fluet, et sine frondibus Ide
 Stabit, et auxilium promittet Achaïa Trojæ,
 Quam, cessante meo pro vestris pectore rebus,
 Ajacis stolidi Danais sollertia prosit.
 Sis licet infestus sociis, regique, mihi que,
 Dure Philoctete: licet exsecrere, meumque
 Devoveas sine fine caput, cupiasque dolenti
 Me tibi forte dari, nostrumque haurire cruorem,
 Utque tui mihi, sic fiat tibi copia nostri:
 Te tamen aggrediar, mecumque reducere nitar,
 Tamque tuis potiar (saveat fortuna) sagittis,
 Quam sum Dardanio, quem cepi, vate potitus;
 Quam responsa Deum, Trojanaque fata retexi,
 Quam rapui Phrygiæ signum penetrabile Minervæ
 Hostibus e mediis: et se mihi comparat Ajax?

Sed et felix. La vita di Filottete salvata per mio consiglio, mi prova fedele e amico ai Greci.

Ne mandate mihi. Non date a me il carico di andare a prender Filottete.

Melius. Ironia.

Ante retro Simois etc. Il Simoenta tornerà alla sorgente ecc. prima che lo stolido Aiace possa giovarvi senza di me. Il Simoenta è un fiume della Troade. L'Ida un monte della stessa regione.

Pectore. Consiglio, accortezza.

Sociis. Ai Greci.

Regi. Agamennone.

Dure. Sdegnato.

Devoveas. Detesti.

Me tibi . . . dari. Che io sia dato in tuo potere.

Utque tui mihi, etc. E sebbene tu desideri di avermi in tuo potere, e di uccidermi quanto io desidero di salvarti e di condurti a Troia, pure avrò coraggio di presentarmi a te ecc.

Tamque tuis potiar etc. Spero di esser tanto fortunato nel portar qua le tue saette, quanto lo fui nel prendere il vate (Eleno), nel levargli di sotto i segreti destini di Troia; quanto lo fui nel rapire il Palladio (*signum Minervæ*) che stava nell'interno (*penetrabile*) della fortezza.

Nempe capi Trojam prohibebant fata sine illo:
 Fortis ubi est Ajax? ubi sunt ingentia magni
 Verba viri? cur hic metuit? cur audet Ulysses.
 Ire per excubias et se committere nocti?
 Perque feros enses, non tantum mœnia Trojæ,
 Verum etiam summas arces intrare, suaque
 Eripere æde Deam, raptamque efferre per hostes?
 Quæ nisi fecissem frustra Telamone creatus
 Gestasset lævâ taurorum tergora septem.
 Illâ nocte mihi Trojæ victoria parta est:
 Pergama tunc vici, cum vinci posse coëgi.

CAP. X.

Perorazione e vittoria di Ulisse.

Desine Tydiden vultuque et murmure nobis
 Ostentare meum: pars est sua laudis in illo.
 Nec tu, cum sociâ clypeum pro classe tenebas.
 Solus eras; tibi turba comes, mihi contigit unus:
 Qui nisi pugnacem sciret sapiente minorem
 Esse, nec indomitæ deberi præmia dextræ,
 Ipse quoque hæc peteret, peteret moderatior Ajax,
 Eurypylusque ferox, claroque Andremone natus:
 Nec minus Idomeneus, patriâque creatus eadêm
 Meriones; peteret majoris frater Atridæ:
 Quippe manu fortes, nec sunt tibi Marte secundi,
 Consiliis cessere meis; tibi dextera bello

Sine illo. Senza il Palladio.

Taurorum tergora. Lo scudo composto di sette pelli di tori.

Coëgi. Tolto il Palladio la costrinsi a potere esser vinta.

X. Pars est sua etc. Anch'esso ha su quelle la sua parte di gloria.

Qui nisi pugnacem etc. Il quale (Diomede) se non sapesse che la fortezza è da pregiar meno dell'ingegno e che non si deve premio alla forza non domata dalla ragione (*indomitæ dextræ*) ecc.

Moderatior Ajax. L'altro Aiace figlio di Oileo.

Ferox. Bellicoso, prode in guerra.

Andremone natus. Toante figlio di Andremone.

Idomeneus. Duce de' Cretesi.

Frater Atridæ. Menelao.

Nec sunt tibi etc. Non sono in guerra da meno di te.

Consiliis cessere etc. Cedettero alla mia prudenza, al mio senno.